1515 vel tardius

~~XSVII~~



# Sigismundus I. Rex Poloniæ, Cardinali de Grassis Protectori.

165

Reverendissime in Christo Pater Ect.

Scribimus literas Sanctissimo Domino Nostro in commendatio: nem Reverendi B.[ernardini] ~~[artholi]~~ de Comitibus Prothonotarij, et Referendarij suæ Sanctitatis, quem pro ejus doctrina et meritis, cupimus aliqua majori accessione promotum iri. Rogamus Vestram Reverendis: simam Paternitatem dignetur easdem literas suæ Sanctitati offerre, et illum ejus gratiæ quan: tum fieri potest nomine nostro insinuare. Cum vero se occasio aliqua provehendi illum offerret, velit meam ipsam commendatio: nem suæ Sanctitati in memoria reducere; nam illa cogitationibus alijs districta ejus oblivisci pos- set. Faciet nobis Vrã Rmã Ptas, rè non negligenter gratam. Cui nos et negotia Nrã comendamus. Cupimusque ut sit longe fœlix et incolumis. &c